Redelitibus, Commodis, et emolumentis, ac obuentionibus attinentijsque et pertinentijs in Vniuersum omnibus, Nihil Ex præmissis Iuris proprietatis ac quiuscunque Competentiæ et Prærogatiuæ sese Recognoscente Suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando Seu excipiendo, Veneniqui præmissa omnia et Singula ipsummet Recognoscente concernebant, ac eidem seruiebant, Iam ex nunc et defacto Gnosis Michaeli Komorowski Vexillifero Dobrynensi et Catherinæ Her[illegible]owna Coniugibus legitimis eorumque posteris, Sacceptaque ab ipsis pro præmissis omnibus plenaria et sufficienti Satisfactione, cessit et condescendit, prout Cedit et Condescendit præsentibus, Omneque et integrum Ius Suum Sibi ad præmissa seruiens in personas eorundem Gnosorum Komorowskieorum Coniugum Cessionariorum Suorum eorumque posterorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporauit, prout transfert transfundit et incorporat, præsentes, Per ipsos Gnosos Komorowskie Coniuges Cessionarios Suos eorumque posteros, Hoc ius Suum præsens Cessum Summamque Suprascriptam Septem Millium Centum Quadraginta florenorum polonicalium cum Vniuersis eius Vtilitatibus, et Vsufructibus, Competentijsque et Prærogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, illaque quiete et pacifice Vtifruendi, Summa præfata præsentibus perse Recognoscentem abscessa tollendi leuandi, et percipiendi, de leuata et percepta quietandi, prout si non fuerit persoluta Iure agendi Processus quosuis Iudiciarios instituendi ac inchoandi, ad debitumque Executionis finem perducendi, ac præmissa omnia tanquam Suam propria ad Suos Suorumque Successorum quosuis beneplacitos Vsus fructus libere et effectualiter Conuertendi, Iuris præfati Originalibus ea omnia latius in se complectentis, præsentis Cessi et transfusi Vigore.

Bienieckich mutua Aduitalitas

1057

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemisliensis comparentes
personaliter Nobiles Petrus Paulus Brzeniecki ab una, et Marianna Trze-
binska ab altera parte Coniuges legitimi Sani mentibus et Corporibus existentes
a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibus de iure prius et
Competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemi-
sliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet, Se cum Successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq[ue] Subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum [illegible] suo interesse recognovit. Quia ipsi et qui
dem Consors cum Mariti sui Domini Tutoris coniugalis personali assistentia
et Ultroneo ad infra recognoscenda Consensu sibi mutuo et invicem Una
pars alteri omnium gnaliter bonorum suorum haereditariorum, et obligatoriorum
mobilium et immobilium Summarumq[ue] quarumvis pecuniariarum, tum Auri
Argenti Clenodiorum Stanni Aeris Cupri, Orichalci, Vestium, Vestimentorum
Equorum Equitiis, pecorum, pecudum, ac totius Suppellectilis Domesticis
nunc habitorum et in post habendorum in quacunq[ue] forma et materia existentium Advi-
talitatem et Usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscripse-
runt assignaverunt et Concesserunt tali videlicet modo et Conditione Quod
si prius praenominatum Nobilem Petrum Paulum Brzeniecki Maritum suum
quam ipsam Nobilem Mariannam Trzebinska Consortem de hac Luce
decedere contigerit, extunc eadem Consors sua bona supra scripta ac res
gnaliter omnes morte praedicti mariti sui derelictas cum omni praemissorum
Iure Dominio et proprietate omnibusq[ue] et singulis eorundem bonorum
Utilitatibus, fructibus, Proventibus, redditibus, Commodis, et emolumen-
tis attinentijsq[ue] et pertinentijs gnaliter universis, nullis penitus exceptis
tenebit habebit et possidebit, illisq[ue] quiete et pacifice utifruetur, Post mortem
vero praedictae Consortis suae extunc bona gnaliter omnia Supra scripta
morte praedicti mariti sui derelicta ad Successores eiusdem mariti sui sine qua-
vis praeditione Successorum praedictae Consortis suae devolvi debebunt et
tenebuntur. Similiter etiam si prius praenominatam Trzebinska Consortem
suam quam praedictum Maritum de hac luce decedere contigerit extunc idem
Maritus bona supra scripta gnaliter omnia morte eiusdem Consortis derelicta
cum omni praemissorum bonorum Iure et proprietate omnibusq[ue] et singulis ipsorum
Utilitatibus fructibus Proventibus Redditibus Commodis emolumentis
nullis exceptis tenebit habebit et possidebit illisq[ue] quiete et pacifice ad extre-
ma vitae

ma vero sed duntaxat tempore potietur, Post mortem vero et de hac luce decessum p[raedi]cti mariti sui, bona sua supra scripta qualiter omnia morte ipso derelicta ad successores eius Consortis sua sine quavis contradictione Successorum p[raedi]cti mariti ipso devolvantur, et redibunt, p[rae]sentibus persona Actus recognitionibus ad p[rae]missa omnia mediantibus,

Bieniecki Consorti Reformat.

Coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitan[ealibus] Praemislien[sibus] comparens personaliter Nobilis Petrus Paulus Bieniecki Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet, Secum Successoribus ac bonis suis qualiter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] Subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Mariannae Trzebinska Consorti suae legitimae, eiusq[ue] posteris Summam Quadringentorum florenorum Polonicalium ratione Dotis et expeditionis post ipsam acceptis et in domum suam importatis, nec non aliam Similem Summam Quadringentorum florenorum Polonicalium Ratione certi veri iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra Medietate omnium qualiter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium Summarumq[ue] quarumuis pecuniariarum, Necnon auri argenti Clenodiorum Unionum Margarethaerum, vestium vestimentorum, Cuprij Stanni Ferri Aeris, Orichalci Equorum Equiciarum Pecorum Pecudum ac totius Suppellectilis Domesticae nunc habitae et in posterum habendae in quacunq[ue] fortuna et Materia existen[tium] declit[?], dotavit dotaliauit, Inscripsit et Reformavit, Prout dotat dotalicat inscribit et reformat praesentibus, Per ipsam Nobilem Mariannam Nob[ilis] olim Petri Pauli Bieniecki sui Recognitis Consortem legitimam eiusq[ue] posteros candem medietatem bonorum suorum qualiter omnium cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiq[ue] et prorogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisq[ue]